

928 agosto 1, Verona

Notekerius, vescovo di Verona e figlio di Adelmarus di origine longobarda, dona al monastero di San Zaccaria, sito nelle Venezie, per la salvezza della sua anima e del defunto Ingelfredus, conte <di Verona>, le case e tutti i beni, già del suddetto conte e ora di sua proprietà, poste nel comitato di Monselice, ovvero nella corte Petriolo, nella corte Proino, nella corte Vereldi e in quella Zezoni, riservandosi il diritto di usufrutto finché sarà in vita.

Copia autentica del XII secolo da originale oggi perduta già in Venezia, Archivio di San Zaccaria.¹

CE II. 34

Edizione: Fainelli 1963.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Regnante domno nostro Ugo rege hic in Italia anno primo sub die primo kalen[dae] augusti indictione prima feliciter. Monasterium sancti Zacharie prophete sito in Venetias² ubi multas res a bonis hominibus delegate sunt ego in Dei omnipotentis nomine Notekerius venerabilis episcopus sancte Veronensis ecclesie et filius bone pie recordationis Adelmari ex Longobardorum genere³ do dono cedo trado atque offero pro remedio anime mee vel bone memorie Ingelfredo comes⁴ in suprascripto monasterio sancti Zacharie prophete de abbatissas in abbatissas usque in perpetuum, id est in integrum omnibus cunctis casis et rebus illis iuris proprietatis mee quas habere et possidere visus sum qui fuerunt iuris bone memorie Ingelfredi comes et sicut ab eo possessum est ut quod defensatum fuit et a me modo possessum atque defensatum est que positi sunt ipsos casis vel rebus illis in comitatu Montesilicano per ceteras locas. Id est primo curte qui dicitur Petriolo,⁵ secunda vero loco curte qui dicitur Proino, tercio vero loco curte qui dicitur Vereldi, quarto loco curte qui dicitur Zezoni ab ipsas suprascriptis curtis cum casis.⁶ Ea ratione ut usque dum mihi qui suprascriptus Notekerius venerabilis episcopus in hoc seculo Deus vitam consenserit omnia in mea reservo potestate tantum sub usufructuario nomine ad habendum diebus vire mee. Acto in civitate Verona feliciter. + Ego Notekerius venerabilis episcopus in hac cartula offersionis a me facta mano mea subscripsi. Signum manibus Dominico et Petro filius quondam Gariberto qui lege romana vivere visu sum testes. Signum Lupertus et Adelbertus et Bertaldo de Foriule testes. Ego Adelbertus notarius hanc paginam offersionis scripsi et postradita complevi et roboravi. Ego Odo Tarvisine civitatis notarius hoc ex autentico sumptum nichil addens vel minuens rescripsi.

NOTE STORICHE

¹ Nel XIX secolo Andrea Gloria poteva ancora visionare la copia autentica del documento, contenuta in un codice o rotolo poi scomparso (GLORIA 1877, p. 45). Di questo codice rimane oggi una fedele trascrizione della fine del XVIII secolo, fatta eseguire dalla badessa del monastero di San Zaccaria. Si veda TASINI 2009, pp. XIV-XX.

² Sul monastero femminile di San Zaccaria si veda documento Venezia 4 e nota 3.

³ Notkerio fu vescovo di Verona tra il 915 e il 928. Di lui si conserva l'iscrizione funeraria. Si veda BILLO 1934, pp. 67-72. Presiedette un placito nel 918 gennaio. Si veda MA I.128. Si veda anche EDERLE-CERVATO 2001, p. 40.

⁴ Su Ingelfredo si veda documento Venezia 8 e nota 2.

⁵ Sulla corte di Petriolo sita a Monselice si veda sempre il documento Venezia 8 e nota 3.

⁶ La località di Proino potrebbe essere identificata con la contrada di Monselice denominata Provio, dove San Zaccaria risulta proprietario di beni ancora nel XIII secolo (BORTOLAMI-CABERLIN 2005, pp. 13-17 e TASINI 2009, pp. 543-544). Zezoni corrisponderebbe invece alla corte chiamata Gezui, Giçui o Keçui presente in documenti del monastero del XIII secolo (TASINI 2009, pp. 143-145; pp. 174-175; pp. 181-183). Nessuna ipotesi di localizzazione si può invece avanzare circa la corte di Vereldi.